



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

An ex inualido contractu fructus percepti restituantur & an bona fide
vendens alienum teneatur de eo in quo factus est locupletior, & an
manumißus in posseßionem faciat fructus suos. Cap. LXXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

no homine interpellat. Sed si dies nō sit apposta, requi-
tur monitio secundū Panorm in cap. licet Heli. de sym.
de accusa. cap. 2. quamuis glos. in d. cap. licet Heli. dicat
quod in pecuniariis admonitio est de honestate, & non
de necessitate: sed certe dum dies nō est apposta requi-
ritur monitio etiam in pecuniariis: vide Syluest. verbo

*l. si ex le
gati causa.
ff. de verb.
oblig.*

Obligatio, & verbo, Mora.
¶ Secundō perpedito lecto, quōd licet morosus tenea-
tur ad restitutionē damni emergentis ex tali mora, & lu-
cri cessantis etiam, non tamen dicitur esse in mora, qui
potest se tueri legitima exceptione per regulam non est
in mora de reg. iur. lib. 6. ¶ Ignorantia autem quādo sci-
re quis tenetur, dum non sit crassa quæ lata culpæ com-
paratur, & impossibilitas excusant à morositate per l.
quod te. ff. de reb. cred. & quando etiam nō fuit monitus
accusatur etiā à morositate, quod intellige quando dies
obligationi nō est apposta, ne cōtradicamus supradictis.

¶ Ex supradictis corollarie sequitur quod malæ fidei
venditor, qui scienter vendit tignum violatum, nihil di-
ctis tenetur de ruina domus, ad cuius fabricationem fuit
emptum, & etiam tenetur de pensione soluta locatori
domus à conductore, quam restituet conductori locator
ipse, quod est interesse extrinsecum, sicut est iactura pen-
sionis pro locatione domus accipiendæ l. Iulianus, non
tamen in infinitum: vnde non veniet pensio longo tem-
pore, sed vt videtur prima tantum arg. l. Neratius. ff. de
leg. corrup. vbi corruptor tenetur de seruo, & de his que
transportant fugiens, non autem de aliis, quæ postea orta
successiue furatus est, ita Syluest. loco supra citato.

¶ An ex inualido contractu fructus percepti restituuntur &
an bona fide vendens alienum teneatur de eo in quo factus
est locupletior, & an manumissus in possessionem faciat fru-
ctus suos.

C A P. LXXXIX.

¶ Tercē quoniam hic materiam de acquisitione fru-
ctuum, vel de eorum restitutione suscepimus pertra-
ctandam iure veluti quodam ad hunc locum & id dubij
reuoçamus,

reuocamus, vtrum emens, & in emptione decipiens venditorem ultra dimidium iusti pretij, faciat fructus rei, seu possessionis sic emptæ suos, & videtur quod non, quia in foro exteriori venit rescindendus contractus iste. ¶ Igitur quia non nihil de hac materia supra nos tetigisse meminimus, breuiter hic questioni huic finem imponemus, decentes primò, quòd quando dolus vel deceptio dedit causam contractui, vt si falsis per suasionibus venditor perit sit emptori emere rem quã alias nisi sic falso persuasus, & deceptus, non emisset, tunc contractus non valet, licet neque etiam valeret, si emptor sic decepit venditorẽ, quod induxit eum ad vendendum possessionem, quam alias non si sic deceptus fuisset, non erat venditurus, quia axiomã commune iuristarum est contractum tunc non valere, quando dolus dat causam contractui.

¶ Dicimus secundo, quod in casu quo emptor decepit venditorem qui alias non venditurus erat possessionem nisi sic dolo circumuentus esset ab emptore, tenetur emptor tunc fructus rei sic emptæ simul cum re emptã restituere venditori, recuperato tamen pretio pro illa dedit. Patet quia huiusmodi contractus inualidus fuit, dedit enim dolus causam contractui, quia nisi verba data fuissent venditori non vendidisset, & quia per dolum libertas est quodammodo libertas voluntasque vendendi, quare translatio rei emptæ quoad dominium per talem dolum præpedita est. Mansit ergo res sic vendita penes dominium venditoris, quare illi debuit fructificare, & nõ inuito emptori.

¶ Tertio dicimus casu, quo dolus non dedit causam contractui venditionis, quia alias venditor parabat possessionem vendere, eamque erat venditurus, si solum inuenit deceptio in contractu emptionis, quia emptor pro dimidio emit infra dimidium iusti pretij quia cum valeret centum, emit illud pro quadraginta tantum, ex mente beatissimæ innitendo maiori æquitati non tenetur in hoc casu emptor restituere fructus pro rata pretij iusti partis solutæ contra Iosephum, & contra Conradum vt supra meminimus nos tenuisse, sed satis est tantum supplere pretium, & interese ex diminutione iusti pretij non soluti amissum refarcire.

¶ Sequitur

¶ Sequitur quartò sicut supradictum est, quod si emptio census fuit nulla, vel venditio fuit nulla, quia cum venderentur bona pupilli, vel ecclesiæ exposita sunt venditori, sine debita solennitate, non poterit emptor istius census, vel emptor horum bonorù, census empti pensiones, vel fructus sic emptæ possessionis ecclesiæ, aut pupilli percipere, neque sibi retinere: sed solum recuperabit pretium ad interesse tam dampni emergentis, quam lucri cessantis, si ex tali emptione sibi euenerit. Ita Metina de rebus per vsuram acquisitis, questione vltima, procedit hoc quod poterit agere ad hoc interesse, quãdo scilicet fatuit nullitas contractus, quia defectù illius ignoratur, si autem valuit contractus, sed deceptio fuit intrinsecum iusti pretij, regula te per supra dicta, & attende maxime quid Pius quintus per suam extrauagantem sanxit circa validitatem, vel nullitatem contractus census, aduertito quod in his, vbi bona fides locũ habuit, fructus ea durante consumpti restituendi non sunt, nisi in eo tantum, quod talem consumptorem eorũ ex tali contumptione effecerint locupletiores. sed de his satis, nam dicta antea erant, neque repetenda forent hic nisi series materiae id exposceret.

¶ Præterea ne quid intactum permaneat, quod ad hanc materiam pertinere videtur quamuis iam vtrum emptor bonæ fidei qui rem alienam bona quoque fide vendidit, teneatur pretium pro ea acceptum restituere domino, absolutum reliquimus magis inclinando in negatiuam Nauarri, (licet cum aliquibus limitationibus) quam in affirmatiuam Soti: nunc superaddimus in dubium reuocare, vtrum qui bona fide emit alienam rem, & bona fide eandem pluris vendidit alteri, illud plus quo vendita est, domino sit redditurus. Et videtur quidem quod sic tunc teneatur, quia in eo quod pluris vendidit quam emit factus est ex aliena re locupletior. In oppositum est quia illud in quo pluris vendidit videtur esse tributum suæ industriae, ergo non est restituendum.

¶ Circa hanc quæstionem duplex versatur opinio prima affirmatiua ^a & altera negatiua ^b & Pedracæ in sua Summa. Igitur pro quæstionis absolutione, videtur primo

^a Sotus de iust. & iur. lib. 4. q. 8.

^b Nauar. in add. fol. 24.

primo dicendum quod opinio Nauarri & Pedracæ, scilicet quod illud plus à bonæ fidei venditore non sit restituendum, videtur apparens, tum secundum Pedracam, quia malæ fidei possessor, & venditor, qui fuit in culpa, solum videtur ad id plus restituendum obligandus, non vero qui bona fide vendidit, quia caruit culpa, tum quia illud plus, quod bona fide accepit, videtur ut diximus legi industriæ tribuendum. Adde etiam quod istud plus pro tali re acceptum restituere est pœnale secundum Nauarrum, ergo ante condemnationem in conscientia non est restituendum.

¶ Secundò dicimus, quod opinio affirmatiua Soti est probabilior, & tenenda vbi ait Sotus illud plus, quo à bonæ fidei possessore plus est vendita res, quam ab ipso fuerit empta, fore domino restituendum nec in hoc esse dubium Sotus ait. Cui etiam suffragatur Syluester verbo restitutio. 3. quæst. 7. vbi inquit. Talis bonæ fidei venditor, qui bona fide rem à se emptam vendidit, precium reddere non tenetur, neque aliud quidquam, nisi solum lucrum aliquod si stat, ex quo factus est locupletior, sed in casu quæstionis illud, quo plus rem vendidit, quam emit est lucrû, in quo factus est locupletior; ergo secundum Syluestrum est domino restituendum.

¶ Item quia illud plus quod pro re recepit, est veluti pars rei alienæ, & illud penes se, talis bonæ fidei venditor habet, ergo est à se restituendû domino vero, quia inter se sue rei fuit in intrinsecum.

¶ At quia maximi duco componere sententias doctorum, cum eos ad aliqualem cœcordiam reducere possim, pro concordia harum opinionum, postremò dicimus, quod si emptor istæ bonæ fidei qui rursus bona fide rem alienam plus vendidit, quam emerit, alias cum pretio quo emit illam rem erat negotiaturus, & lucraturus ex deductis deducendis, tantundem, aut plus, quam illud plus quo vendendo rem lucratus est, forte in conscientia ut in sua bona fide indemnis seruetur, in hoc casu verum habet sententia Pedracæ, & Nauarri, quod non tenetur illud plus restituere, sicut nec forte etiam in casu quo dominus si rem penes se habuisset: non tanti, sed minoris eam vendidisset, quia tunc non videtur pati dānam si eum

cum pretia iusta non consistant in indiuisibili, praesertim pro diuersis temporibus si illud plus quod non erat accepturus quia minoris erat venditurus dominus si penes se haberet, si domino à tali emptore, & venditore bona fidei non soluatur. Si autem qui bona fide emit rem alienam, bona fide eam pluris vendidit, & ex tali emptione prius à se facta, non cessauit sibi lucrum, quia cum pretio impenso pro re à se empta, nec negotiaturus neque lucrum inde reportaturus erat, aut si creditur dominus si illam penes se habuisset, quod tãti illam vendidisset, quanti iste qui lucrando, pluris eam vendidit, quam emit, dum totum hoc contineatur intra latitudinem iusti pretij, tunc in his casibus vera est conclusio Soti, & magis est iuridica, scilicet quod illud plus, quo fait secũdò vendita, quam fuerit prius empta sit domino restituendum in casu bonae fidei.

¶ Ad hæc vt aliquid in gratiam iuristarum etiã demus Q6.1.
& in hac materia de fructibus, visum est nobis, hic in conuersionem uertere is qui manumissus est in possessionem rei quam petijt, propter contumaciam rei, qui citatus personaliter noluit comparere coram iudice, aut si comparuit, iudici noluit parere, aut se absentem fecit, an faciat fructus suos, quam quaestionem breuiter absolueat, quia ad alia properamus dicimus primò, quod secũdum ius civile ad manumissionem via de *assentamiento* Hispanice dictam requiritur praecedat citatio rei personalis.

¶ Secundo dicimus quod purgatur contumacia in casu manumissionis apparendo dandoq; fideiussorem infra legitimum tempus, soluendoq; expensas, tuncque reus restituitur.

¶ Tertio dicimus iuxta leges Hispanicis loquendo, per ordinationes leg. vnica lib. 3. tit. 9. reuocate sunt leges Soti, & partitæ. 3. leg. 6. tit. 8. concedentes annum in immobilibus ad petendam restitutionem contra manumissionem & dimidium anni pro mobilibus, quia praedicta lex ordinationum restringit annum praedictum ad duos menses pro immobilibus, & ad vnum tantum mensem pro mobilibus.

¶ Quarto dicimus iuxta hanc praedictam sanctionem, quod qui petit in iudicio rem ad se pertinentem, ratione q; contumaciae,

contumaciæ, vel absentia debitoris sui manumissus est in bona rei contumacis, si talia bona sunt immobilia, scilicet domus, vel prædium, si reus intra duos menses non purgauerit contumaciam parendo iudici, & soluto expensas, post illos duos menses stando in iure civilis Hispaniæ ille manumissus facit fructus illius possessionis suos.

¶ Et idem si manumissus fuit ex prædictis causis in bona mobilia cuiusmodi sunt equi, boues, oves, neque reus apparuerit intra mensem prædicto modo ad purgandam moram, post mensem facit fructus ouium suos, sic habetur lege vltima tertiæ partiæ titulo octauo.

¶ Sed iam hic rursus restat inuestigandum, an requiratur decretum iudicis vt manumissus in immobilibus post duos menses, aut manumissus in mobilia post unum mensem fructus possit facere suos? Respondetur plane requiritur secundum decretum iudicis, vt talis manumissus post prædictos menses duos in immobilibus, & post unum in mobilibus possit facere fructus suos vsq; ad constitutionem litis.

*c. l. Fulci-
m. s. vlt.
ff. quib. ex
cas. in pos.*

¶ Excipiuntur tamen ab hac regula generali in casibus in quibus ex primo decreto iudicis in actione reali manumissus facit fructus suos, primo, in petitione hereditatis, quia tunc propter nimiam contumaciam alterius patris refugientis iudicium, consequitur fructus altera parte conueniens. Similiter cum venter mittitur in possessionem ratione posthumi, statim vitur fructibus. Similiter cum impubes ex Carbonario edicto mittitur in possessionem fructibus, seu potius illis vitur: vide glossam extra de dolo & contum. c. contingit, vbi glossa ait quod in realibus actionibus non habet locum secundum decretum, neque est necesse, sed transcurfus legitimi temporis facit aliquem possessorem cap. pastoralis de officio ordinarij nisi quis ad cautelam impetret illud sed in actionibus personalibus necesse habet, vt manumissus verus possessor fiat, impetrare secundum decretum, quia alias intelligitur non possidere, de probation. cap. ex literis, & sic non præscriberet, itaque verus possessor effectus seruandis prædictis seruandis vitur fructibus in actione reali ex primo decreto in personali ex secundo. Hugo de Cetero

tandem in suo repertorio legum ait quod missus in possessionem ratione contumacie non acquirit possessionem, sed manumentiam. Secus si ratione executionis aut solutionis aut sententiae sit manumissus.

¶ Vbi de fructibus restituendis explicantur multa, & egregia dubia scitu digna, etiam utriusque facultati iuristis conducentia.

C A P. X C.

Quoniam lata est materia hæc de fructibus restituendis & adhuc multa inuoluta restant extricanda dubia, adhuc hic explanandum id dubij venit, utrum hæres non soluens statim legatum in testamento teneatur illud postea soluere cum fructibus legatario. Igitur ne in rebus non adeo obscuris immoremur dicimus primo, quod hæres à die quo adiuit hæreditatem tenetur restituere legatum legatario etiam cum fructibus, quos legata possessio fecit ab illo die aditæ hæreditatis, quando ingressus in eam verbo, vel facto suo, vel heredis exercendo aliquos actus, hæc assertio est iuridica, ^a habetur etiam in partit. 6. l. 37. ^b patet, quia fructus sunt debiti ab eo tempore, quo legatum est debitum, ergo si à tempore aditæ hæreditatis, legatum est debitum, ergo extunc etiam debentur fructus. ^c Idem prorsus dicendum est, quando legatum non est solutum per plurimos annos ex ignorantia culpabili, vel quia legatarius id non petiit.

Q6. 1.

*a l. si ita re
lectu. §. Pe
gaseus. ff.
de leg. 2.*

^c Hinc sequitur etiam quod legatum relictum ecclesie construendæ, vel monasterio debetur cum fructibus intermedij temporis, quo non fuit solutum, ita Panormitanus capite nos quidem de testamētis, quia textus ait soluendos esse sine diminutione.

^c Hinc sequitur etiam, quod res testamento legata à testatore, quam alienam esse nouerat, soluenda est legatario cum suis fructibus ab eo tempore, quo hæres monitus à legatario, ut emeret eam sibi traderet, emere, & tradere distulit, ita partit. 6. lege 37. tit. eod. Et patet, quia à tempore illius monitionis res legata est debita, ergo extunc cum suis fructibus, si fructifera sit, est soluenda neque contra hoc est quod Armilla verbo, legatum. §. II. Pars. F. L. Lopez instr. Consc. N 10. alle-